

in tot ineptias & stultitias, ni moveretur per altissimas causas. Iccirco unam vocat *Decorem* in ornatum, aliam in ignominiam *Funiculum*; & ita stultus, quem superior furenter agitatus; ut presentem circumspiciens decorem, futurum non caveat funem. Funis strangulationi deservit, decore spectabilem fingit: duplicique virga & infulis pastor stultus apparet; quippequam sine scincipite gloriatur uti decori, per quem debet suspendi. Aliquando, ut grex pascatur, unica virga projectur. Sic sine floret & grex: verum quid ille? Non pascam vos. At si pastor? Urget furor. Pastor est, at stolidus: duplicem habet virgam, minimè ut dirigat, sed ut oves battuat; igitur modò uti simia in tecto, & larva in cucumerario discoloribus ornat; quod moritur, moriatur: quod succiditur, profectò succidatur. Vide phrasim expositionem, *Tautolog.* 7. num. 17. & 32.

Gloriatur de crimine.

Erasin.

20 Non tu desines virtutis fragula pudesacer? Dicam cum Cynico apud Erasum, in *Diogen.* Apoph. num. 80. At vox clamans in deserto, & musica surdo: siquidem quò non facies, signa harere non possunt pudoris; quanvis tunc magis subditorum improperium, quippequam manus ex non pudore propudium. *Nolite fieri*

Psal. 31.9

sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: exclamat Regius Psalter: igitur cum iudicium commendat sedentem in throno; nullum iudicium erit sine intellectu: imò dignitatis æstimabilis præstanti fulgore opprobrium, inveniri sedentem equum, aut mulam. Non sunt in esse: & dicit, *Nolite fieri*: etenim grave in prudentiam, quò dignitatibus fiant. *Sicut*. Indecorum sanè in folio huiusmodi bestiarum, quin auxilium habeant subditi: equidem dum expectant in iudicium hominis voces, experiuntur miseri sternacis muli calces. Afina Balaam attrivit sedentis pedem: at ille fuisse rependit impatiens poenæ dolorem: nec afina id faceret, ni vibrantem gladium Superiorem vidisset: Balaamque non irascitur, eò quod opprimeretur; sed quod esse ita infaulta constituto, ut respectu superiore opprimeretur ab afino. Est ne aliquid patienti solati? In *camo* & freno maxillas eorum constringe. Sine freno & camo sunt furiosi, rabie perciti.

Sine intellectu.

Numer. 22. 25.

Unde audacia?

Psal. 31.9.

Mantuan.

*Vix dura feroces Frena domant.* Apponiturque Psalmographus debacahantibus obicem, ut sine molestia nec possint movere pedem: equidem laboriosum in dignitatis fastigio, huiusmodi iumenta sine freno.

21 Nemesis Olim, seu Rhamnusia contra arrogantiam celebratur, ut ait Macrobius 1. *Satur.* cap. 22. Contra Fortunam, Vicent. Chartar. in *Fortun.* fol. 307. sed semper ornata freno, & culta cubito, id est mensura, sive ulna. Vide ibidem: unde in *Collestan. Epigram. Græcor.* lib. 4. *Una manus cubitum ostentat, gerit altera frenum.*

Cur Nemesis cum freno pida?

Ille modum serva: hac admonet, os cohibe.

Contineo Nemesis cubitum, qua causa, requiris

Græc.

Præcipio cunctis rebus adesse modum.

Sine modo insipienter arrogantes sese gerunt libertate muneris: & adest cum freno Nemesis; quippe modus coercitionis necessarius, si fuerit Prælati sicut equus & mulus. Illis videtur posse liberè agere, sicut fortuna eligenti, dum placuit ludere: & contra fortunam cum freno Nemesis colitur, dum phaleris equi insistant; ut per freni coercitionem, insolentem ac tantam reprimere libertatem: quandoquidem iustum, quod eis apponeret frenum, quos cæca fortuna exaltabat in fastigium. Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium, Cursum habent, uti cursum fortunæ, præcipitem; ac tendentem ad bellum pugnatricem conditionem: igitur profiliunt in cuncta audacter, etsi totus irruat æther. Huiusmodi impetus bellicosus frangendi, supra sedentis moderatione: siquidem revertentur equi ad cursum, nec ullum habebant modum, ni habuerint frenum. Cursum muli & equi indomiti semper devius: apponitur gressibus cum retinaculis modus: modus tenor legis est: citra vel ultra progredi, non fas: frenumque iungitur mensuræ erga huiusmodi mulos, præside Nemesis; ne revertantur ad cursum, si ignorant frenum: equidem vel cum freno, furioso impetu legum mensuram prætererunt, ac refractarii etiam habenas diripiunt. Fortiter utendum lotis, cum hisce bestiis.

Prælati est freni, in tolerabilis.

Ierem. 8. 6.

Sine modo, sine mensura.

*Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent Solis equi: solitaque ingum gravitate carebat.* Fortiter ergo, quippe adhuc cum freno tumidi, vel si leviusculè relaxantur habent. Mulus naturà contumax in frenum: equus est animal gloriæ cupidum: & quibus non intellectus, sunt in officiis sicut equus & mulus; quoniam vel calcitrando gradiuntur, vel arroganter procedunt, sonantibus crotalis, vel pendentibus ephippijs.

Ovid.

Freno coercendi.

pijs. Confringendæ sunt maxilla, ut iumentorum compescantur audacia: etenim à subditis agrè fertur religionis servitium, si sine freno iumentum.

22 Christus Dominus pro nobis in exemplum affectus hęcine contumelia, ut nos miseri cedentes sequamur eius vestigia. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes. Nunquam & nusquam, tot tantisque miraculis factis; directi plausus in Christum, sicut in die famigerato Palmarum. *Turbæ autem, quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.* Appositè encomia: igitur ostendit singulare miraculum. Ergo exploremus articulum. Ut ingrederetur in civitatem, directi plausus asinum alligatum & pullum cum ea. Ita tractanda animalia, cum nihil aliud magis sibi letitiæ, quam posse solvi. Vulgò & vivide: *El poder desatarse*: igitur semper nocua, ni sint ligata. Sic ingressus in urbem, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & sedens super asinam, & pullum filium subingalis*: id est, filium asine: ut dicit Zacharias, 9. 9.

Matth. 21. 9

Verf. 2.

Verf. 5.

Dirigi ab folido, quanta sapientia humilitate!

Rationi eruciamen.

Quorsum uterque? Non sufficit unus? In vecturam, nequaquam in humilitatis formam: igitur specimen insignis humilitatis, quò dignaretur duci etiam à duobus iumentis. Sine stramine fuisse, patet ex textu: alibi diximus, fuisse etiam sine capistrò. Vide *Tom. 1. Tautolog. 2. D. 5. num. 3.* Asinum capistrò ducit, qui superior sedet: sine capistrò dirigitur, sed non dirigit. Hoc non est duci, sed trahi; quod specimen patientiæ; triumphusque dirigitur in humilis ducti plausum, exhibentis voluntariæ abiectionis exemplum; equidem rusticam humilitatis insigne, quò duceretur, quæ ducebant asini.

Prudentia aculeus.

Lucani.

23 Ulterius, Mansuetus dicitur, dum ita Rex N. graditur. Quilibet sicine vel mitis itaceretur, quippe non vehebatur quò tendebat prudentia, sed quò volebat animalium vecordia: Christique tunc mansuetudo prædicatur, dum ita trahitur, vel ita ducitur; ut quiescat ira nostra, eius inspecta patientiæ: quandoquidem pungit inflationem animi, tacti veneno superbiæ; quò sic federet mansuetus, etiam ab asino ductus. Rex erit, cuncta noverat, & etiam exaltandus super cuncta; sed præluere cupiebat, à Patre iniuncta obedientia, qua gloria resonabat in excelsis, ex musica mansuetudinis: igitur necque visum si-

DIDASCALIA VI.

In patriam turpis affectio, plurimorum condemnatio.

Cho sanè condemnationis, vox Nationis. An monitio?

*Turbida congestis referetur vocibus Echo.* Eò enim affectio periculosa, quò lethali ter dulcior: igitur ut pillula deaurata, prius devorata, quam cognita: uti aspidis ictus insanabilis in mortem, cuius punctio ignoratur propter veneni dulcedinem. Filij hominum, quia terrigenæ, usquequò gravi corde? Est ne aliquid magnum, quod arbitramini summum? Destructio prorsus atque exterminium Religionis, sub velamine fucoso ambitæ, simulatæ pietatis. Dicere audeat quisque, dulci patriæ tactus amore:

Mantuan.

Eius dulcedo letitiam amaritud.

*Sum pius Aneas, raptus qui ex hoste Penates Classe vebo mecum, fama super aethera notus.*

*Italiam quæro patriam.*  
L. 2 P. 2

Patriam quarit Italiam, patriam derelinquens Troiam? Quis intelliget? An quia veri Monachi typus, patriam dicere, non unde oritur, sed quod de caelo vocatus? Utinam ita! atamen intentio prorsum diversa. *Patria est ubicunque bene est: dicebat Teucer apud Cicer. 5. Tuscul. qq. & relicta patria veniunt reliquae patriae; si cogitatur: Bonum est, nos hic esse.* Si ita opima, & grata, ut non decidat a deposito memoria, quare oblitus Monache populum tuum & domum patris tui? Oblivisceris, de quo semper recordaris? Patriam relinquis, & patriam quaris? Ad quid venisti? O insipiens! Claret vocationis forma, ubi memoria nec oblivione seculata.

*Patria Monachi, non unde, sed qui vocatus.*

Cicer.

Lucan.

Plutarch. Memoria patriae sepeliatur.

Psalm. 120.

*Una sit in nationibus natio.*

Elliat.

totum auris, quoniam proportio in proportione corporis? Ne sit in corpore schisma, in ipsum pro invicem sollicita membra: igitur ni ex diversitate corpus etherogeneous, horribile sane monstrum. *Non ab eo (Praeside scilicet) persona in Monasterio discernatur: non unus plus ametur, quam alius, nisi quem in bonis actibus invenierit mestorem: inquit Patriarcha N. in prudens regimen Congregationis, cap. 2. Reg. Sancti. Si persona excluditur, quia ex natione, introduceretur? Dilectio & electio optima; adlummodò iuxta merita. Ibi plus impendendum, ubi plurimum aestimatio dotium, ubi plus non est, aequalis sit: nihil plus: igitur cuncta conferranda (in splendore civitatis, atque decorem illustris Congregationis) non iuxta merita, quae nulla terrarum; sed iuxta permanentem qualitatem meritorum.*

*S. Benedicti. Dotes non in nationibus, sed in bonis actibus.*

*Arma Ferre inquit patriae, libertatemque tueri. 2. Dum Roma conderetur, ut refert in Romul. Plutarch. post alios ritus, ad postremum (inquit) ex qua quisque profectus erat terra, particulam quandam ferens, eodem consuetudine commiserunt.* Proficua in edificationem, atque utilitatem cogitamina; ubi quod in unum vocati, iacebat patria sepulta. In splendorem novae urbis; ut esset ocellus orbis, aliunde vocabantur inclyti cives: confundanturque meditantur particula terra, habitaculi consulentes decori; ut illa in summum floret, & civis, contentionibus procul, habitaret: equidem summa profectò gloria, modò in electa praetermittatur patria, unusquisque de qua terra. *Ierusalem edificatur ut civitas. Eis sicine gaudium, qui in domum Domini eunt, & etiam ibunt: igitur cum in edificationem fiat civitatis ornatus, ab eo qui nos congregavit de nationibus; ubi nulla nationum speciositas, haud erigitur ut civitas; quandoquidem civitatis singularis pulchritudo, una è nationibus natio. Permissa terra, manet incognita: nec urbs magna, ni permissa; ut floreat de civitate, singulariter communit: igitur qui terram propriam inter cives cognoscunt, viam civitatis habitaculi non invenerunt. Populo Dei congruit (ait Hilarus in Psalm. 132.) sub uno patre fratres, & sub uno capite unius corporis membra esse. Non enim oculus aurem odit, nec naves os execrantur, nec manus pedem spernit: haec enim ut officijs mutuis sibi, ita & amore districta sunt. Hoc incundum & bonum, habitare fratres in unum, in eodem esse, idem esse, nec congregatione fieri, nec amore diversis. Corpus non est unum membrum, sed multa. Si totum oculus,*

Psalm. 74. 6

Ovid.

Scriban.

*Præcepit, qui in communione patriam quarit.*

Plutarch.

igitur projecta terra veniunt ex mundo in Olympum, atque recepta, revertuntur in mundum.

*Verf. 7. & 8. Electio unde optima? S. Benedicti.*

Scriban.

*Manera obferenda solium meritis, non meritis soli.*

*In electione numerus, patria nec verbum.*

lenda (dicunt) pro viribus patria, quantumvis fragrantur iura. Ab Oriente vocandi, qui ab Oriente: ab Occidentis plagis, quique a plagis Occidentis: à nudis rupibus, qui à desertis montibus; praeposito iudicio, cerebro laeso, electis itaui, assumptis stolidis, clatis indignis, & in propadium speciosa civitatis: igitur eliguntur ex plagis plagæ, quum homines, debent eligi.

*6. Non intenditur honorare praclaris electi instrumentis honores; sed honorum splendoribus ornare cives, quin cogitent ignominiam, quantum attulerint gloriam: equidem pudet, derelictis hominibus nationum, finium conlitiu gravem in caput gentium. Cives extollunt, quia cives, dum fugiunt dotes; & obijciunt ut alius alij cognoscat, quem ignorabant: igitur non hominem videntibus, sed ornatum; mover coracula risum.*

*Amor patriae furiosus & ridiculus.*

*Tunc brevis in formem traberet cum simia natum*

Avian.

*Ipsam etiam in risum compulit ire Iovem.*

*At Fest. Avianus Fabul. 14. Rationemque ingerit Florentius Schoonov. Emblem. 6. 1. En in simia parvulus castellos Praefert omnibus, omniumque formas Deridet, neque se videt misella Nudam, &c.*

Florent.

Adimitur simiarum derident aliorum formas, quia sine forma simiarum: igitur est homines magni, ni ex eodem fornice caeli, ac ex eadem gleba, habeant simiarum figuram, hominum non habent formam. Hunc humiliant, hunc exaltant, quanvis merita & demerita cognoscant; non alia ratione in depravatos sentius, quam qui in Oriente, aut Occidente natus, non est à desertis montibus. Solis radium, dicunt sumum; vel totum splendorem insciabuntur in Sole, quippequam venit aliunde. Negant cognita? Aliud suggerit ratio, aliud telluris affectio sine prudentia ac consilio: equidem dum non fuor dotes patent cogitationi, furor conceptus non sinit esse sui. Ratio cogitationem affectionis superat, sed non vincit: quoniam affectus superatus pravalet: igitur si contra mentem favet indigena, *Rursus amor patriae, rationis valentior omni.*

*Simiam exaltat, bonum deturpat.*

Ovid.

*Ut canit Ovidius, 1. de Pont. Eleg. 4. verf. 29. Valentior, & violentior: equidem cuncta violenta, atque merita proctita: quum non perpenduntur exaltanda, atque humilianda ex meritum momentis, sed*

ex

ex pondere nationis. Dotium eminentium relegant arte memoriam, quia oculos suos statuerunt declinare in terram.

7 Videris Absalomum furentem, regni at patris iustissimi proditorem. *Solicabat corda virorum Israël.* Dolis, machinis, & imposturis in proprium commodum, ob apparentem favorem & beneficium; igitur tunc benevolentiam hamavit, ut post opprimeret. *Furabatur corda virorum Israël*: Hebr. & Maluend. Furto apertè confertur iniqua ac vafra sollicitatio.

Hebr.

Ambitio vafra.

Verba. & 3.

Et deira.

Oria.

Eius bladi- gmina.

in proprios lares; cum dispendio iustitiae, atque vulnere rationis: equidem si aliquod negotium discernendum strictim tenere legum; dicitur bonum malum, & malum bonum: inquiturque de qua civitate, expositis causa & lite; ut coniter quanti teluris eiusdem amor, & quantus percitis furor: quandoquidem causas non dirimunt iuxta legem; sed iuxta civitatem & regionem.

9 Occurrit Mardochei industria, ubi inter feminas regias Esther electa. *Noluit indicare populum & patriam: Mardocheus enim preceperat ei, ut de hac re omnino reticeret.* Speciosa forma digna est imperio, uti oculis, atque cordi commendata. Si omnibus veneribus culta inquiritur, ac invenitur puella, quippini indicanda patria? Si propter insignem singularem venustatem, tollitur in latus Regis, atque throni celsitudinem, cuius decorem flagrans concupiscit Rex; quid quòd dicat, unde sit? Minime ad thronum perveniret, ni prudens patriam, genūque sileret: equidem si, quia speciosior, eligitur, ac in summum speciositate tollitur, ita rationem obecat furiosa in patriam affectio, ut nil speciosum signet nisi à patrio claro solo. Cuncti visa Edissa excellentiam cognoscebant, plaudebantque, quippe propriam iudicabant. Clauderent oculos, si cognoscerent genus: igitur si non ex suis, vel dotibus speciosis, ludricam praeponerent simiam, Estherem decoram exploderent uti scetidam. Iam ex visione Mardocheus praecognoverat neptis exaltationem, & quod illam Deus eligeret in populi libertatem: genūque ac patriam iubet reticere, ut perveniat in maiestatem throni; quoniam non eligeretur, cognita patriā, tamen cognosceretur prae cunctis speciosissima. Miraculum singularis pulchritudinis super omnes mulieres, speciei decor, vultus ac morum candor: igitur exaltanda in regale caducum, & quae speciosior (quippe tunc prudenter electiones aguntur, si speciosiores dotibus eligantur) quae sublimior: dotes enim alliciebant, ut ratio Estherem sine affectione eligeret, ex quacunque orbis terrarum sterilitate commendabilis esset: ac cum minime à barbaris eligatur dotium excellentia, sed patria; ut securè in thronum furgat, patriam Esther speciosior taceat: igitur quod per excellentiam obtineret; per patriam sanèquam certius inter barbaros amitteret. Arbitrantur insipienter dotium speciositates (uti videbatur Graecis) ligari nationibus, & non hominibus: itaque re-

Iustitia en iure, non à natione.

Esth. 2. 10.

Quam cetera affectio in proprio.

inent stultam cogitationem, & affectionis phrenitidem; ut extra patrium solum concipiant uti impossibile, quidlibet speciosum, ac dotibus commendabile.

10 Sicut feminas commendat species pulchra, lepida praestantior forma; viros illustrant facinora egregia. Quid Christo commendabilis? Multis & iurè prodigium factus. Vel hostilitas invita promit: *Ecce mandus totus post eum abit.* Cur non credunt, & miracula plaudunt? Si post cum mundus abit miraculis visis, quare renuunt post eum abire cum ceteris? Eius prorumpant in laudem, qui trahit orbem. Nullo modo. Ipsam cognitionem conculcavit affectio: equidem etiam pateant miracula, toto orbe consistente mirabilia; dum urget praecordia pravus affectus, in eius cogitatione fallitur & mundus totus. Delicemus causam in huiusmodi amentiam. Fecit miraculum insigne, aperiens oculos caeci nati: unde Pharisei non potentes negare prodigium, pervertere conabantur illuminatum. Ille autem firmiter stetit, ac pro fide pugnavit: igitur probata etiam minore subsumpta, compefcuit incredulos scholastica forma. Vide à v. 31. Quid illi ad huiusmodi argumentum? Frequentius conviciat convitium. *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus.* Quare misit, & non mittentis, tor signis & prodigijs illustrioris? Subdunt: *Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.* In repentinis utuntur habitibus, & patuit latens affectus. Ut rectè feret illatio, forma erat dicere hoc modo: *Moysi locutus est Deus: huic autem non est locutus.* Quid ergo ut illi loquatur Deus, quòd hinc, vel quòd illic sit? Nihil credebant sanctitati, sed telluri; quasi dona caelestia adstrictè essent huic, aut illi regioni: & ignorantes unde Salvatoris patria, visa credere nolunt prodigia; quippequam nisi à patrio solo, quantvis homo descenderit à summo caelo. Sciebant enim patriam, quam scientes exprobraverant, scilicet, Galilaeam: & scientes nesciunt, nec patriam, nec patratorem cognoscunt; quoniam scientes inde, insiciantur unde, nisi sit ex patria ex qua quisque. Patrigena alumnum, vel contemptibilem, plaudunt: alienum, etiam speciosum, contemnuunt: & post ostensionem stupendi miraculi, scientes patriam, insiciantur unde; quippe patria non communis, sed aliena ab unoquoque. Galilaei extollant Galilaeum, credentes ab illa factum miracu-

Ioann. 12. 19. Invidia vici & caeca.

Negat lucet & Solem.

Cap. 9. 28.

Ver. 29.

Nulla nisi ex proprii creditur merita.

Cognoscit, & nescit.

lum. Quid ad nos? Cognoscentes nescimus, unde sit. Ita quòd fulgeat miraculis, si non ex nostris? Sciunt unde sit, & nesciunt. Astruitur ex cellentia, si affectatur ignorantia; pravaque telluris affectio ita mordet intellectum, videns alienum dotibus speciosum; ut propriam fateatur in dedecus ignorantiam, ne alienigena in decorem confiteatur excellentiam. *Nescimus unde sit.* Non quia illius ignorabant patriam, sed quia sciebant non esse suam: igitur nihili, nisi sint ex suis vel ex sua, quantunvis clareant miracula.

11 Casignetur adinstar, nil cognoscunt nisi se. Ita dicitur (ait Plin. lib. 24. cap. 17.) Plin. *quantum secum ipsa nascatur, nec cum ullis alijs herbit.* Ni ex genere, ad fatum, nullius admittant consortium: equidem cum florere nequeant, arescunt, si ex alio genere floreat. Unde cum alienus decor sit illis ineptis pudor; ne uti terra pondera radicitus expellantur, florentes è solo totis viribus expellunt. Quid in decorem Republicae? Florent scopae. Refert Ammian. Marcellin. lib. 28. Romae scopas, quibus Curia mundabatur, florere visas. Haecce saepe portenta, dum in electiones suffragatur patria: equidem cum expellantur speciosa, egregia dotes, quoniam aliena & averta tulluris; florent ignominiose in tribunali, quibus tunc à prudentibus non traderentur scopae. Modò in delirium Pharisaeorum. Mundus totus post Christum abibat; quippe non solum miracula, sed eius mores colebat: prudentiam eximiam, suaviorem misericordiam, custodiam legum, afflictorum patrocinium, hominem de caelo lapsum, vitam caelestem, verborum candorem, & reliqua praclarissima instrumenta, quibus mulcebat, & vinciebat corda: & ubi mundum miraculis trahit ad se, ignorant illi, unde sit; ut clareat affectionis diabolice caecitas, ex amore in terras patrias: igitur asferit, dum mundus tendit in planus; quòd mentiatur totus mundus. Sibi secum Casignetes, nec cum ullis herbit alijs. Flo-

Casignetur adinstar signis.

Amm. Marcell.

Ubi patrie affectio, indignioris exaltatio.

Atque dignorum deprelio.

12 Conspicilla pinxit Borgia 1. part. Emblemata. cum hac epigraphe: *Sic animi affectus.* Picinell. in *Mund. symbol.* lib. 2. r. Picinell. n. 43. *Species decipit.* Amentia affectionis de-

debaecatur, dum in aliorum ornatus odium exponitur: igitur cum genus discernat, esse fallat; si eiusdem generis dotes atque merita non sint, haud eiusdem speciei: vehementia enim amoris fallit species. Sicine patet expositio in tot Tautologias in Litera sparsas. *In excelsum supra*: Isai. 7. 11. *In celo sursum, & in terra deorsum*: Deuteron. 4. 39. & saepe alibi. *Subtus, non supra*: Baruch. 2. 5. *Supra, & non subter*: in caput & non in caudam. Deuteron. 28. 13. *Caeli desuper*. Isai. 45. 8. Quorsum huiusmodi geminatio, & series in Scriptura; cum sic esse, vel supponat ignorantia? Supponit sic esse: & innuit aliter posse. Quomodo? Quum patrie introducit affectio: igitur cum loca disponat ratione patrie, non meritum ratione; ponit infra, quod excelsum supra: subter caelos, desuper inferos: caudam in capitis excellentiam, caput in caudam, sursum deorsum, & simul e contra; quia invertit cuncta, decepta specie, ex his quae conatur fingere: quandoquidem praet obijciunt ocularia, diverso colore imbuta, alienum & non a dotibus, deprimit; & terrigenum indignissimum extollit.

13 *Mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Idipsum pro etiam, ut late diximus Tom. 3. Taut. 12. an. 19.* Unde sensus: Vani filij hominum, & mendaces in stateris, ut decipiant ipsi etiam in vanitate. *Etiam ipsi in stateris postea decipiant, & fallant pra vanitate, nam videntur aliquid esse & non sunt*: exponit hic Genebrard. Irruit in amorem proprium, qui commodat vanitati momentum: siquidem ita in appensione mendax, ut praponderet pondere vel levis vanitas. Qui sicine ponderantur, se fallunt, quia extolluntur: igitur si aliquid pondus momentum librae deprimeret; nequaquam extollerentur. Signum profecto levitatis elevatio in stateris: quandoquidem duntaxat in vanitatis statera deceptrice, desuper elevantur, quae sine pondere. Si respectu sui ita dolus, quid in alios? *Mendaces vani filij hominum in stateris*. Ponderant iuxta phantasia lubidinis; quoniam quaecumque, uti magni ponderis librat affectus, etiam pondere & pondere non habent pondus. Iuxta merita ad aestimationem desinantur pondera: & homines percipi affectione telluris mendaces exponuntur in stateris; quoniam in aestimationem, exultationem dotium, momenta tantum ad lubitum: igitur pro affectu vel averfione, dolosa lance, dotatus ac speciosus de-

Eius debac- gationes.

Pfal. 61. 10.

Ipsium pro etiam.

Genebrard. Amor pro- prius fallax.

Patrie affe- ctio sine iudicio.

primetur, & indotatus simul ineptus extol- litur. Ponderant quae vident per conspici- lia, quin videant, sic visa non ponderan- da; quoniam non entitas in colore, & col- lor nullius momenti. Qui ex coloribus conspiciolorum rerum esformaret iudicium, aestimarem insanum: sic animi affectus, dum patrie obeccat impulsus, statera men- dace, atque phantasia fictrice: quando- quidem affectionis prava libra non ponderant momenta, sed prolubia. Nostrates: *No pesan las prendas de los sugetos, sino sus antojos.* Hi sunt fautores nationum, & ple- runque speciositate velaminum; quippe specie Religionis, commodis inhiant tel- luris. Taxat, & horum animum nudat Iacobus Bornitius Emblem. 15. inquirens in zelo ficto, *Religio, an Regio?* Respon- det: *Non mihi Re-igio coram est, sed amor Religionis:*

*Nimirum Regio in Religione latet.*

14 Liqueat iam animus, & in quo pro- cumbat affectus. *Ut decipiant etiam ipsi de vanitate*: igitur dum merita ponderatione commendant; haud aliò, nisi ut decipiant, Plaudunt, efferunt, extollunt, quos cog- noscant esse falsum; & nihilominus infatu- atum ponderant, ut mendaces in stateris falso pondere decipiant: siquidem indig- norum favent, & fovent exaltationem, ob patrie ac patricularum inutilitatem vanita- tem. Vocabuntur in caelis patrie patres? *Vocaberunt nomina sua in terris suis;* sed scribentur in terra: siquidem ubi uti corybantur exultant, magis ac magis alienos suffocant, canentes triumphum; de- merguntur in infernum. Probant felicitatem ex eventu. Careant successibus opto. Non erigam trophaum, donec intelligam in novissimis eorum: igitur dum dicunt: *Ecce nationem filiorum tuorum reprobovi,* propter dolos patentes positi, & allevati deieci. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes, quem- admodum fumus, deficient.* Deficientes deficient, amplectentes ignis globos, qui sine lachrymis sustinerunt fumos. *Sane (infit quo supra Scribani) totum paulatim genuinae Religionis spiritum pestifera hac nationum disoretione collabascere necessum est: neque enim inter has invidias, emula- tiones, partiumque studia charitatis habere locum potest, unicum Religionum, Ordinumque vinculum ac firmamentum: neque venerario hoc partium, gentiumque studio commaculata Religio valetudinem tueri potest.* Ibit non multo post in perimentes

Sepe sub lar- va & spectro Religionis.

Iacob. Bornit.

Ut illam de- honoret.

Pfal. 48. 13.

Pfal. 72. 19.

Pfal. 36. 20.

Et labentem praecipit.

Scribau.

mor-

morbos, potenti hoc toxico inebriata. *Cadet pauida labante charitate, quae in nulla re potentius, quam in diversarum nationum coniunctione illucescit.* Ita splendet, secus cadet: igitur non decor quod singulari, si debet esse commune. Alie haeret huiusmodi vulnus, quin cognoscatur vomica fo- vere peccus; quandoquidem oculos habens fautor in occipitio.

Virgil.

Ælian.

Aspides in deliciis.

Pfal. 58. 15.

Cur canibus conferuntur?

Intuitu com- modi.

*Dulces moriens reminiscitur Argos.* 15 Hi nutriuntur veneno, quo uruntur alieno solo. *Ægyptij* (ait Ælianus de Animal. lib. 17. cap. 5.) *in aspidum nationem hospitallissimi.* Etiam est natio aspidum? Prorsus: imitantur venenum, qui student separationi nationum. *Ab illis* (subdit) *vehementer coli, easdemque ex eo cultu prorsus mansuescere, ciboque cicures fieri: neque simul cum pueris infantibus viventes, eis quippiam nocere: & verò appellatas ex caois prodire, atque ad appellantem accedere: digitorum autem crepitum vocantur.* Obijciunt his serpentibus forma, qua in alienos irruit telluris affectio virulenta: etenim quia terrigena, etiam in delicijs habentur colubri. Pro indigenis militent, ne alieni exciti timore accedant: equidem si pedem movent alieni; promptum venenum aspidum insanabile: igitur ad levem motum, omnes aspides in unam, & ad digitorum crepitum.

16 Aspides conferuntur factionibus studentes, & Psaltes Regius hos designat uti canes. *Famem patientur ut canes, & circumdunt civitates. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati & murmurabunt.* Si prius ut serpentes, quoquomodo convertuntur in canes? Est duplex respectus, & ad suos & ad alienos. Unde qui in alienos concipiunt, sicut aspides, iras, veneni vomentes flammam, acuentes linguas suas sicut serpentes, respectu sui, mordacitate sunt canes; quippe illic ut os proiectum, qui exultantes ludabant, modo ringunt. Quia patiuntur famem, circumvent unanimiter urbem: verum si aliquid arripunt, seorsim sine terrigenis rodunt: quandoquidem cum ossa proiecta, vel ossella conspurcata fit in stomachi commodum; ut magis devorent, dispergentur seorsim ad manducandum. Civitas haec constat ex cunctis nationibus, quibus necessaria suppeditantur in victus; & qui aspides focijs, convertuntur in canes; quoniam etiam cum aliquid rodunt, si modo non fuerint saturati, murmurabunt. Nonnunquam saturantur canes, qui cuncta devorant, dum

17 Taxat Seneca, quos minime compe- scit verecundia. *Tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marius augebat ambitio. Isti cum omnia concutierent, concutiebantur: turbinum more, qui rapta convolvunt, sed ipsi ante voluuntur, & ob hac maiore impetu incurrunt; quia nullum illis sui regimen est. Ideoque cum multis fuerunt mali, pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quoque sentiunt. Non est, quod credas quemque fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla, quae oculis atque auribus nostris ingerantur, retexenda sunt, & plenum malis sermonibus peccus exhauriendam. Hoc ut esse verum scias, aspice, quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Ista inter se contraria sunt, bona fortuna & mens bona. Haec enim Stoicus Epist. 95. Interrogatus Diogenes Cynicus unde ellet: *Ad quid unde* (respondit) *& non quis? Cosmopolites sum: id est, civis totius orbis.* Vide Erasmus in *Apophtegm.* num. 71. equidem qui intendit in nationem, negat personae auctoramen. *Quid ariditas telluris, si non barbarus ex barbaris? Quid si iumentum bipes, natum Athenis. Inspecienda in honorem ingenia, neutiquam patria. Exulet ergo ad Religionem huiusmodi lues, quae grassatur in omnes, procumbatque, ut par est, & ut par sit, Superiorum molimen, ut disperdat de civitate Domini omnes operantes iniquitatem; igitur dispositis ascensionibus in corde, elata superius mente collocatis scalis, nostrum politheum in caelis. Vide Aug. in *Soliloq.* cap. 21. Unde Iacob. Bornitius Emblem. 6. accinit: *Patria non nobis hic est: querenda superne: Hanc pete, sustuleris sic grave carnis onus.***

Senec. Sine quo in- signi mor- dicitate.

Idem.

Eorum per- turbationes.

Erasm.

Patria Mo- nachi in ce- le.

Bornit.

\*\*\*

Aaa

TAU.